

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Thomas Lindemann

**Programma, Quo ad Exequias Quas ... Dn. Johannes Quistorpius, Theologiae  
Doctor ... Filiolae suae mellitißimae Angelae paratas cupit, Cives Academicí  
omnium ordinum invitantur**

Rostochii: Pedanus, 1628

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775828238>

Druck    Freier  Zugang



Lindeman, Th.,

in

A. Quistorp.

Rostock. 1628.

47.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn775828238/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775828238/phys_0003)

**DFG**



149.

PROGRAMMA,

*Quo ad*

Exequias

*Quas*

MAGNIFICUS DN. RECTOR,  
*Vir Reverendus & Clarissimus*

DN. JOHANNES QVISTOR-  
PIUS, Theologiae Doctor, Professor,  
& Aedis Divæ Mariæ  
Archidiaconus

*Filiola sua mellitissima*

# ANGELÆ

*paratas cupit,*

Cives Academici omnium ordinum  
invitantur.



ROSTOCHII

Joachimus Pedanus excudebat Anno 1628.



PRORECTOR

ACADEMIAE ROSTO-  
CHIENSIS

THOMAS LINDEMAN,  
Juris Doctor & Professor.

**S**Trenas ex institu-  
to Numæ Pompilij Ro-  
manos sibi invicem of-  
ferre votivis acclamati-  
onibus, novi anni auspi-  
cium ipsis Calendis Ja-  
nuariis comprecari solitos accepimus:  
Ego quoq; vota pia dum animo volvo,  
utriq; hujus urbis Reip. auspicium novi  
anni felicissimum voveo; Ecce præter  
votum & spem à Magnifice Dn. Recto-  
re JOANNE QUISTORPIO S. S. Theol. Docto-  
re, Professore, & ad D. Mariam Archidiacono  
ad noenias abripior, exequias lugubres

nun-

munciare jubeor: Janum bifrontē Poëtæ singunt, eoq; nobis exeuntis anni calamitates, & insequentis pariles revolutiones considerandas esse inculcant. Quo respicientes Ægyptij anni periodos sub figura Draconis incurvati caudam retromordētis hieroglyphicè denotarunt, Eoq; continuos humanæ calamitatis morsus significarunt. Cujus imaginem sub ipsum' novi anni exordium nobis exhibet, virguncula mellitissima, quæ an<sup>o</sup>. elapso 1627. 29. Jul. in hāc lucē edita, sequenti die Ecclesię Christi per sacrum baptismum inserta, nomen Angelæ (*Engel*) tulit. Patrem habuit virum Rever. & Clariss. Dn. JOANNEM **Quistorpium**, S. S. Theol. Doct. ac Professorem, templi Mariani Archidiaconum: nec non hoc semestri hiemali Academiæ Rectorem Magnificū, cuius in laudes ne hic calatum diffun-

A 2 dam,

dām, obstat hinc ejus modestia; inde  
mea verecundia. Nam cum ille omnia  
in rectā ponat conscientiā, plusq; sibi  
quam aliis de se credat; onerari se pro-  
fecto putabit, si laudes ejus huc conge-  
ram: & alij quoq; minus morū med-  
rum gnari, auribus me conjunctissimi  
viri multū tribuere suspicari poterunt.  
Illud tamen quod è laudū ejus cumulo-  
ita eminet, ut testes habeat minimos  
maximos; commendet tota Academia;  
divi verbi precones suspiciant; honora-  
tissimi cives passim in ore ferant: mini-  
me silentio involvendum est. Candor  
nimirū illius nostrī collegæ pectus pe-  
culiariter hospicio sibi legisse videtur.  
Hinc prompta atq; obvia in omnes bo-  
nos voluntas, inde placida in Collegas,  
qua Academiæ qua ministerij mansue-  
tudo, atq; unanimis in omnibus officio-  
rum partibus conspiratio; hinc deniq;

*aurea*

aurea morum tranquillitas. Nam quis moderationis atque humanitatis encormion D. Quistorpi derogat illum invidiae fascino abripi necesse est; cum nihil etiam moribus ac vita in istam partem possit conspici. Avaritiae & cupiditatis fordibus ita abhorret, ut ejus benignitatem multi peregrini senserint; ejus liberalitate multi exules sint recreati, plurimiq; hujus Civitatis tempore tam necessario sublevati. Ceterum matrem BARBARAM DOMANS ob familiæ ornamenta, morumq; priscam sanctitatem nemo in hac urbe ignorare potest, quæ Osnabrug in Westphalia Dn. STEPHANO DOMANNO Jcto prognata, immaturo quidem fato genitorem amisit; aliud tamen patrem felici sorte Deiq; indulgentia invenit. Quippe puellam admodum, vulnere domestico desolatā, ad-

A 3 opta-

optavit filiam patruus, vir Magnificus,  
Ampliss. Consultiss. D. JOANNES DO-  
MANNU S, Ictus Hansæ Teutonicæ, hu-  
jusq; urbis Syndicus celeberrim⁹, eāq;  
in luculēti matrimonij spem, quo jam  
potitur, educavit. Talibus sublata pa-  
rentibus defuncta puellula A N G E L A,  
non dubium est, quin ortus sui præstā-  
tiam moribus egregiis fuisset repræsen-  
tatura, nisi morbus epidemius rapidis-  
simi incendij instar per Germaniā lon-  
gè latèq; diffusus, vitæ filum incidisset.  
Ante octiduum enim varioli tenerum  
corpusculum invaserunt, æstusq; præ-  
rapidi vehementia tantopere exhause-  
runt, ut ipsam animam expellerent.  
Quamvis acerbo excessu suo, parentes  
in lacrymas & gemitus collocaverit;  
tamen cum pater eam præsentiam ani-  
mi, qua ex Dei verbo alios armat, do-  
mestico exemplo sit declaratur⁹, quod

matri

matris luctū cōvenientibus argumen-  
tis sit sedatus, ex ipsius ad me scriptis  
literis abundē colligo, utque Deus ipsi  
diu hoc animi robur perseveret, opto.  
Subducta est ærumnis ejus filiola, quæ  
instar diluvij totam Germaniam fatali-  
ter inundarunt, reposita est quieti, quā  
nullæ turbæ interpellant; restituta est  
illi paci, quam ardentissimis votis deva-  
stata patria nostra suspirat; delata est in  
illum portum, quem nulli Aquilones,  
nulla frigoris asperitas, nullum naufra-  
gium infamant: Frustratur gaudio, quod  
nullum exsiliū, nullæ Harpyarū un-  
gulæ, nullum classicum interrumpere  
potest: Et quod potissimum puellarū  
ætatem capit ac delectat, solidis ac pre-  
ciosissimis munusculis in huj⁹ anni au-  
spicio ditabitur ac dotabitur. Romani  
olim morem à Tatio Sabinorum Rege  
instituto æmulantes, Calēdis Januariis.

Caryo

Caryotides & mella, nec non stipem, h. e.  
Signatum nummum boni ominis causa suis  
strenæ vice dividebant. Deus ter optimus  
maximus totius mundi architectus & Im-  
perator, ANGELÆ nostræ animulam per An-  
gelos in Abrahæ sinū arcessivit; ubi ei stren-  
nam persolvat, non caryotides, non mella,  
sed nectar & ambrosiam æternæ beatitatis;  
non nummum vilissimi æris imagine JanI  
percursum offerat; sed illum denarium do-  
net, quem omnibus vineam suam fideliter  
versantibus, per unigenitum suum filium,  
Dominum nostrum Jesum Christum distri-  
buit. Mœstissimi parentes corpusculi de-  
natæ filiolæ suæ exuvias, die hodierno ho-  
rà primâ, in templo Mariano inferēt tumu-  
lo; Cui ut exequias omnes Academiæ no-  
stræ Cives eant, & mortalitatis memoriam  
recolant, studiosè monentur atq; rogan-  
tur. P.P. 2 Jan. Anno 1628. quem omnibus  
Academiæ & urbis civibus Auspicatissi-  
mum compreco.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn775828238/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775828238/phys_0013)

DFG








matris luctū convenientib  
tis sit sedatus, ex ipsius a  
literis abundē colligo, ut  
diu hoc animi robur perse  
Subducta est ærumnis ejus  
instar diluvij totam Germ  
ter inundarunt, reposita e  
nullæ turbæ interpellant;  
illi paci, quam ardentissim  
stata patria nostra suspirat  
illum portum, quem nul  
nulla frigoris asperitas, nu  
gium infamant: Frustratur  
nullum exsilium, nullæ E  
gulæ, nullum classicum in  
potest: Et quod potissim  
ætatem capit ac delectat, i  
ciosissimis munusculis in  
spicio ditabitur ac dotabit  
olim morem à Tatio Sabi  
instituto æmulantes, Cal

men-  
iptis  
s ipfi  
pto.  
quæ  
atali-  
i, quā  
ta est  
leva-  
est in  
ones,  
ufra-  
quod  
i un-  
pere  
llarū  
pre-  
i au-  
mani  
Rege  
ariis  
Caryo



the scale towards document